

²⁾ Kromstaert usw. = Krumschwanz: niederländische Groschenart des 15. Jahrhunderts, nach dem gekrümmt geschwänzten Löwen auf der Vorderseite genannt.

1451 August 13, Rom S. Maria Maggiore.

Nr. 1610

Nikolaus V. an NvK. Er ernennt ihn zum Legaten für England, um Frieden zwischen Frankreich und England herbeizuführen.¹⁾

Kop. (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 418 f. 181^r-182^v.

Erw.: Uebinger, Kardinallegat 663f.; Du Fresne de Beaucourt, Histoire de Charles VII, V 193; Calendar X 223; Vansteenberghe 138; Pastor, Geschichte I 831 Nr. 39a; Witte, Bulles pontificales 418; Meuthen, Universalpolitische Ideen 205; Meuthen, Letzte Jahre 205; Watanabe, Nikolaus von Kues — Richard Flemington 167; Ferguson, English Diplomacy 32; Abert-Deeters, Repertorium Germanicum VI 447 in Nr. 4407; Meuthen, Deutsche Legationsreise 434; Meuthen, Nikolaus von Kues und Dionysius der Kartäuser 107.

Der Text folgt weitgehend dem kurialen Formular für Friedensmissionen solcher Art (s. Meuthen, Deutsche Legationsreise 439), konnte an dieser Stelle aber kaum anders als integral berücksichtigt werden.

Nicolaus usw. dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbytero cardinali ad regnum Anglie apostolice sedis legato salutem etc.

‘Redemptoris’ et ‘domini nostri’²⁾ Iesu Christi, in cuius ortu chorus angelorum ‘gloriam in altissimo deo et in terra pax bone voluntatis hominibus’³⁾ nunciavit et qui de mundo transiturus ad patrem discipulis suis tamquam bonum hereditarium unitatem reliquit et pacem⁴⁾, vicem in terris quamvis immeriti gerentes, licet pro debito pastoralis officii pacem et unitatem in universo populo christiano affectemus, tamen ad pacem et tranquillitatem earum parcium eo diligentius intendere cogimur, ex quarum discordiis et dissensionibus maiora et graviora possent bellorum discrimina provenire.

Sane considerantes, quod propter pestiferam et cruentam dissensionem dudum exortam inter 10 Francie et Anglie regna innumere civitates et provincie affliguntur populorum cladibus, vastitate et depopulatione terrarum et innumeris aliis detrimentis, qualia fiunt in bellis maxime inter potentes, et graviora malis presentibus pericula belli diuturnitate secutura formidantes, que ulterius proce-

¹⁾ Am selben Tage wurde Kardinal Estouteville mit dem gleichen Auftrag (unter Benutzung desselben Formulars) zur Friedensvermittlung zwischen Frankreich und England zum Legaten für Frankreich bestimmt; ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 397 f. 40^r-42^v; unvollständiger Druck: Raynaldus, Annales ad a. 1451 n. 7 (Baronius-Theiner XXVIII 556f.). Unter Berufung auf Pastor, Geschichte der Päpste I 831 Nr. 40, nennt Anm. 3 in RTA XIX 412 eine angebliche Ausdehnung dieser Legation auch auf “England” 1451 VIII 27; doch bedeutet die dort aufgeführte Britania nicht “England”, sondern die Bretagne. Vgl. im übrigen unten Nr. 1664. Gänzlich abwegig dabei Vansteenberghe 138 Anm. 3, daß sich Estouteville tatsächlich nach England begeben habe und daß vielleicht aus diesem Grunde NvK nicht dorthin gereist sei. Bereits 1451 VII 18 hatte Eb. Marino Orsini von Tarent einen päpstlichen Salvuskonduktus für eine Reise nach England erhalten, auf der er das Terrain vorsondieren sollte; Calendar X 219f.; de Witte, Bulles pontificales 419 Anm. 1; Meuthen, Universalpolitische Ideen 206. Dazu auch unten Nr. 1612. Im Dezember 1451 weilte er am englischen Hof; Ferguson, English Diplomacy 220. Den ihm hier zuteil gewordenen ungnädigen Bescheid Kg. Heinrichs VI. (s. de Witte a.a.O.) dürfte er auf der Rückreise NvK zugestellt haben, der dann gleichwohl im Februar seinen Familiaren Leonius de Cruce nach England schickte; s.u. Nr. 2278. Bei Du Fresne de Beaucourt, Histoire de Charles VII, V 199f. (nach Chartier, den er zu korrigieren versucht), und Pastor, Geschichte I 465, ist Orsinis Gesandtschaft im übrigen mit der erst im Jahre 1454 erfolgten des Eb. Bartolomeo Roverella von Ravenna (vgl. dazu Ferguson, English Diplomacy 220) zusammengeworfen worden. Auf Orsini dürfte sich dabei auch die Erwähnung eines von Rom mit dem großen Ablass nach England gekommenen Legaten in den ‘Londoner Chroniken’ beziehen; The Historical Collections of a Citizen of London ed. J. Gairdner (Camden Soc. II/5) 1876, 197. Vgl. A. Gransden, Historical Writing in England II, London 1982, 230. Neuerdings Harvey, England 186.

²⁾ Is. 47, 4.

³⁾ Luc. 2, 14.

⁴⁾ Vgl. Iob. 14, 27ff. und 17, 11ff.

dente discordia necesse est sequi, et cum hec duo Francie et Anglie regna sint firmissima et fortissima presidia rei publice christiane, hiis regnis laborantibus consequens esse universam christianitatem oportuna subvencione carentem cum summo periculo eciam fidei catholice laborante, presertim diversis plagis mundi infidelibus contra christianos insurgentibus, ad pacificandum prefata regna convertimus omnes nostros sensus et spiritus.

Hos igitur et alios effectus pestiferos, quos guerrarum et huius precipue furor producit et fovet, in nostre consideracionis aciem extollentes ac plenius et paternis desiderantes affectibus, ut omnis scandalorum et guerrarum materia, que dudum pestifere vixit et versatur inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Francie et Henricum Anglie reges illustres et dilectos filios nobiles viros duces, comites, barones, milites ac universitates et communitates et alios quoscumque prefatis regibus adherentes ac complices et sequaces eorum, pacis actore celitus inspirante in bonum salutaris concordie et unitatis pacifice commutetur, et de circumspectionis tue industria, quam potentem opere pariter et sermone in magnis expertam et arduis, eximia probitate et fidelitate, magnitudine consilii, morum elegancia et aliis grandium virtutum titulis earum largitor et dominus multifarie insignivit, in cuius affectu geritur, prout indubitanter tenemus, fluctuantes turbines, dissidencia queque in pacis pulcritudinem commutare, sumentes in altissimo fiduciam specialem, quod illa, que eidem circumspectioni tue duximus committenda, cura exactissima atque pervigili curabis adimplere, habita super hoc cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus deliberacione matura te tamquam 'pacis angelum'⁵⁾ ac paciarium nostro et dicte ecclesie Romane nominibus ad pacificandum regna prefata apostolice sedis legatum cum potestate legati de latere de eorundem fratrum consilio comitante 'pacis angelo' providimus destinandum, indubitabili racione tenentes quod inspirante pacifico regum rege, qui ut dictum est, pacem iure hereditario de mundo transiturus ad patrem suis reliquit discipulis in discessu, fomenta discordiarum quecumque inter reges predictos mota submovere ac salutaris concordie et inextimabile pacis bonum producere modis omnibus satages,

tibique propterea inter prefatos reges necnon duces, comites, barones, milites ac universitates et communitates et alios quoscumque prefatis regibus adherentes ac complices et sequaces eorum de et super quibuscumque discordiis, differentiis atque guerris vigentibus et que esse possent inter eosdem reges et alios supradictos ac quibuscumque iuribus, actionibus, occasionibus seu modis quomodocumque et qualitercumque nostro et dicte ecclesie nominibus, parcium tamen dissidencium accedente consensu, tractandi et componendi ac indicendi sub spe pacis treugas, inducias et sufferencias quaslibet temporales, necnon pacem et concordiam perpetuo duraturas sub illis capitulis, pactis, modis, condicionibus atque formis, penarum adiectionibus, obsidibus personarum, iurium et bonorum obligacionibus, renunciacionibus, promissionibus, cautelis, clausulis et solemnitatibus atque modis, de quibus eidem circumspectioni tue quomodolibet videbitur expedire, et inter partes ipsas, quomodolibet dissidentes poteris concordare seu componere, quovismodo validandi, roborandi, observari et exequi mandandi, ac faciendi auctoritate nostra omnia et singula, que inter reges supradictos et eis adherentes aut habentes facultatem ab eis firmata vel conclusa fuerint, per te sub illis censuris et penis ecclesiasticis in quascumque personas ecclesiasticas et seculares, eciamsi regali aut reginali, ducali, pontificali vel alia quavis prefulgeant dignitate, necnon civitates, provincias, dioceses, terras, castra et loca alia seu universitates, de quibus predictorum regum accedente consensu ac tibi, ut preferitur, visum fuerit quomodolibet convenire, et in premissis et circa ea ac dependencia, emergencia seu connexa omnia et singula alia per te vel alium ab eadem circumspectione tua pro tempore deputatum gerendi, mandandi, exequi faciendi, que pro securitate et observacione inter partes ipsas conclusorum et concordatorum et dependencium ab illis oportuna vel utilia quomodolibet videbuntur, ac super hiis omnibus et quolibet eorundem ac incidentibus, dependentibus et emergentibus quomodolibet a premissis unum vel plura publicum seu publica documenta cum membris et capitulis opportunis confici ac fieri faciendi semel et pluries et quociens oportere videbitur, ita quod plene de iure subsistant, et nichilominus contradictores quoslibet et rebelles, quacumque ecclesiastica seu mundana eciamsi regali, reginali, ducali et quacumque alia dignitate prefulgeant, per censuram ecclesiasticam et alia quecumque oportuna iuris remedia, quociens opus esse noveris, appellacione cessante eadem auctoritate compescendi necnon aggravandi et reaggravandi quoscumque processus et sentencias super hiis aut eorum aliquo factos et latos semel et pluries, ac eciam invocandi, quocienscumque noveris oportere, seculare brachium quorumcumque regum, principum et dominorum tam spiritualium quam temporalium necnon universitatum et singularum quarumcumque personarum

⁵⁾ *Is. 33, 7.*

contra quoslibet recusantes observare firmata vel in aliquo contrafacere per se vel alios presumentes, et omnia et singula alia in predictis et circa ea ac pro premissis necessaria quomodolibet vel oportuna gerendi, faciendi, exercendi et exequendi, eciam si talia essent, que mandatum exigent speciale et in generali commissione non cadent, que eidem circumspectioni huiusmodi, regum accedente tamen ut prefertur consensu, oportuna videbuntur, quibuscumque privilegiis, indulgenciis, exemptionibus et litteris apostolicis generalibus vel specialibus sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, per que nullum cuicumque, cuiuscumque status, gradus, condicionis vel ordinis eciam Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Calatravensis, Cartusiensis, Vallisumbrose, Camaldulensis, Humiliatorum, sanctorum Benedicti et Augustini, hospitaliumque sancti Iohannis Ierusalemiani, sancte Marie Theutonicorum, sancti Iacobi de Spata seu quorumcumque aliorum ordinum existant, in hac parte volumus afferre suffragium, nequaquam obstantibus, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem.

Quocirca circumspectioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus iniunctum tibi ministerium laborum huiusmodi pro divina ac dicte sedis et nostra reverencia devote suscipiens sic illud utiliter sicque sollicito et laudabiliter iuxta datam tibi a deo prudentiam exequaris, quod de tuis laboribus divina favente clemencia desiderati ac pacifici fructus adveniant, quos speramus, tuque illam, que pias pacificasque causas gerentibus celesti retributione impenditur, feliciter consequi palmam glorie mercaris. Nos enim sentencias, quas rite tuleris, et penas, quas inflixeris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Ut igitur premissa omnia plenius et efficacius sorciantur effectum, per viscera misericordie dei nostri obsecramus ipsos reges, patriarchis vero, archiepiscopis, episcopis ac electis, administratoribus et abbatibus ceterisque ecclesiarum et monasteriorum prelatibus et ordinum quorumcumque prioribus, preceptoribus et magistris exemptis et non exemptis, capitulis et conventibus et eorum locatenentibus in ipsis Francorum et Anglie regnis consistentibus in virtute sancte obediencie districte precipimus, quatinus tibi aut deputandis a te circa conclusionem et observanciam omnium premissorum et cuiuslibet eorundem, quociens ipsos requiri contigerit, faveant modis omnibus et assistant, ut pro salutaris concordie ministeriis inter partes ipsas refloreat pax et quies, prout in desideriiis gerimus cordis nostri, et ultra nostram et prefate sedis benedictionem et gratiam ab auctore pacis valeant eterne beatitudinis munera promereri.

1451 August 13.

Nr. 1611

Notiz in den Libri provisionum consistorialium über die Ernennung von Kardinal Estouteville und NvK zu Legaten in Frankreich und England.

Or.: ROM, *Arch. Vat., Obl. et Sol.* 72 f. 72^v und 75 f. 71^r.¹⁾

Erw.: *Eubel, Hierarchia II 30 Nr. 143; Abert-Deeters, Repertorium Germanicum VI 447 in Nr. 4407.*

Die usw. s. d. n. in consistorio secreto creavit legatos de latere pro pace inter Francie et Anglie reges tractanda r. p. d. Andegauensem ad Franciam et sancti Petri ad vincula cardinales ad Angliam.

¹⁾ Über den Charakter dieser Bücher s.o. Nr. 777.

zu <1451 August 13>.

Nr. 1612

Tagebuchaufzeichnung des Andrea da Santacroce¹⁾ über die Entsendung u.a. des NvK als Legaten nach England usw.

Or.: FLORENZ, *Bibl. Medicea Laurenziana, Gaddianus 48 f. 75 r.*

Der Papst habe requisitus a dominis aliquibus Galliarum, maxime a duce Burgundie, als apostolischen Nuntius den Marinus de Ursinis, Eb. von Tarent, ausgeschiedet ad indagandum, an Francorum et